

## Secreta

Hóstias, quaesumus, Dómine, quas tibi pro animábus famulórum famularúmque tuárum offérimus, propitiátus inténde: ut, quibus fidei christiánæ méritum contulísti, dones et praemium.

## Præfatio Defunctorum

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. In quo nobis spes beátæ resurrectiónis effúlsit, ut, quos contrístat certa moriéndi condíció, eósdem consolétur futúræ immortalitátis promíssio. Tuis enim fidélibus, Dómine, vita mutátur, non tóllitur: et, dissolúta terréstris huius incolátus domo, ætérna in coelis habitátio comparátur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus cumque omni milítia coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes: Sanctus.

## Communio

Lux ætérna lúceat eis, Dómine: \* Cum Sanctis tuis in ætérnum: quia pius es.  
V. Requiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. \* Cum Sanctis tuis in ætérnum: quia pius es.

## Postcommunio

Animábus, quaesumus, Dómine, famulórum famularúmque tuárum orátio proficiat supplicántium: ut eas et a peccátis ómnibus éxuas, et tuæ redemptiónis fácias esse partícipes.



## SEKRETA

Viešpatie, meldžiame gailistingai pažvelk į šias šventas dovanas, kurias aukojame už Tavo tarnų ir tarnaičių sielas, kad tiems kuriems Tu suteikei krikščioniško tikėjimo nuopelnus, suteiktum ir apadovanojimą.

## GEDULINGOJI PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų, mūsų Viešpatį. Jame mums nušvito palaiminto prisikėlimo viltis, kad liūdėdami dėl tikros būtinybės mirti, būtume paguosti būsimo nemirtingumo pažado. Juk Tavo tikintiesiems, Viešpatie, gyvenimas pakeičiamas, bet ne atimamas, o sugriuvus šio žemiškojo gyvenimo namams, paruošiamas amžinas būstas danguje. Todėl su angelais ir arkangelais, su sostais ir viešpatystėmis ir su visa dangaus armijos kariauna giedame Tavo garbės himną, be perstojo sakydami: Šventas.

## KOMUNIJA

Amžinoji šviesa jiems tešviečia, Viešpatie, \* Su Tavo šventaisiais per amžius, nes esi geras.  
V. Amžinąjį atilsį duok jiems, Viešpatie, ir amžinoji šviesa jiems tešviečia \* Su Tavo šventaisiais per amžius, nes esi geras.

## POSTKOMUNIJA

Viešpatie, tegu prašančiųjų maldos duoda naudos Tavo tarnų ir tarnaičių sieloms, kad Tu išgelbėtum juos nuo visų nuodėmių ir padarytum savo atpirkimo dalininkais.

## Proprium Missæ

# IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM VISŲ MIRUSIŲ TIKINČIŲJŲ MINĖJIMAS



## Introitus

**Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.**

*Ps. Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddétur votum in Ierúsalem: exáudi oratió nem meam, ad te omnis caro véniet. (4 Esdr 2:34; 2:35, Ps 64:2-3)*

## Collecta

**Fidélium, Deus, ómni um Cón ditor et Redémptor: animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum trí bue peccátórum; ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatió nibus consequántur.**

## Epístola

*Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios (1 Cor 15:51-57)*

**Fratres: Ecce, mystérium vobis dico: Omnes quidem resurgámus, sed non omnes immutábimur. In momé nto, in ictu óculi, in novíssima tuba: canet enim tuba, et mórtui resúrgent incorrúpti: et nos immutábimur. Opórtet enim corruptibile hoc induere incorrupti ónem: et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absórpta est mors in victória. Ubi est, mors, victória tua? Ubi est, mors, stímulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum est: virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Iesum Christum.**

## INTROITAS

Amžinąjį atilsį duok jiems, Viešpatie, ir amžinoji šviesa jiems tešviečia.

*Ps. Tau, Dieve, pritinka giesmė Sione, ir Tau reikia ištesėti įžadus Jeruzalėje. Iš klausyk mano maldą, pas Tave tenueina kiekvienas kūnas. (4 Esd 2:34; 2:35, Ps 64:2-3)*

## KOLEKTA

Dieve, visų tikinčiųjų Sutvėrėjau ir Atpirkėjau, suteik Tavo tarnų ir tarnaičių sieloms visų jų nuodėmių dovanojimą, kad per mūsų mylinčias maldas jie galėtų gauti atleidimą, kurio jie visada troško.

## EPISTOLĖ

*Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams (1 Kor 15:51-57)*

Broliai, štai aš jums atskleidžiu paslaptį: nors mes ne visi užmigsime, bet visi būsime pakeisti, – staiga, viena akimirka, gaudžiant paskutiniam trimitui. Trinitas nuaidės, ir mirusieji bus prikelti jau negendantys, ir mes būsime pakeisti. Juk reikia, kad šis gendantis [kūnas] apsiliktų negendamybe, šis marus [kūnas] apsiliktų nemarybe. Kada šis gendantis [kūnas] apsiliks negendamybe ir šis marus [kūnas] apsiliks nemarybe, tuomet išsipildys užrašytas žodis: Pergalė sunaikino mirtį! Kurgi, mirtie, tavoji pergalė? Kurgi, mirtie, tavasis geluonis?! Mirties geluonis yra nuodėmė, o nuodėmės jėga – įstatymas. Bet dėkui Dievui, kuris duoda mums pergalę per mūsų Viešpatį Jėzų Kristų.

## Graduale

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

V. In memória ætérna erit iustus: ab auditióne mala non timébit. (4 Esdr 2:34 et 35, Ps 111:7)

## Tractus

Absólve, Dómine, ánimas ómnium fidélium ab omni vínculo delictórum.

V. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere iudícium ultiónis.

V. Et lucis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

## Sequentia

Dies iræ, dies illa / Solvet sæclum in favilla: / Teste David cum Sibylla.

Quantus tremor est futurus, / Quando iudex est venturus, / Cuncta stricte discussurus!

Tuba, mirum spargens sonum / Per sepúlcrá regiónum, / Coget omnes ante thronum.

Mors stupébit et natúra, / Cum resúrget creatúra, / Iudicánti responsúra.

Liber scriptus proferétur, / In quo totum continétur, / Unde mundus iudicétur.

Iudex ergo cum sedébit, / Quidquid latet, apparébit: / Nil multum remanébit.

Quid sum miser tunc dicturus? / Quem patrónum rogáturus, / Cum vix iustus sit securus?

Rex treméndæ maiestátis, / Qui salvándos salvas gratis, / Salva me, fons pietátis.

Recordáre, Iesu pie, / Quod sum causa tuæ viæ: / Ne me perdas illa die.

Quærens me, sedísti lassus: / Redemísti Crucem passus: / Tantus labor non sit cassus. Iuste iudex ultiónis, / Donum fac remissiónis / Ante diem ratiónis.

Ingémisco, tamquam reus: / Culpa rubet vultus meus: / Supplicánti parce, Deus.

Qui Maríam absolvísti, / Et latrónem exaudísti, / Mihi quoque spem dedísti.

## GRADUALAS

Amžinąjį atilsį duok jiems, Viešpatie, ir amžinoji šviesa jiems tešviečia.

V. Teisusis bus minimas amžinai; pikty kalbų nebebijos. (4 Esd 2:34 ir 35, Ps 111:7)

## TRAKTAS

Išrišk, Viešpatie, visų mirusių tikinčiųjų vėles iš visokių nusikaltimų pančių.

V. Ir Tavo malonei padedant, tebūna jos vertos išvengti baumės nuosprendžio.

V. Bei džiaugtis amžinosios šviesos palaima.

## SEKVENCIJA

Diena rūstybės, diena toji / pavers pasaulį į pelenus, / kaip liudija Dovydas ir Sibilė.

Koksai bus drebėjimas, / kai ateis teisėjas, / visus griežtai ištersiantis!

Trimitas, skleidžiąs nepaprastą garsą / visų kraštų kapuose, / sušauks visus priešais sostą.

Mirtis ir gamta nustėrs, / kai prisikels kūrinys, / turintis atsakyti teisiančiam.

Atneš prirašytą knygą, / kurioje bus viskas, / už ką pasaulis teisiamas.

Tad kai teisėjas atsisės, / visa, kas slapta, pasirodys, / niekas neliks nenubausta.

Ką aš vargšas tada sakysiu? / Ką šauksiuos užtarėju, / kai ir teisusis bus vargiai saugus?

Baisios didybės Karaliau, / kurs už dyką gelbsti žūstančius, / gelbėk mane, gerumo šaltini.

Atmink, malonusis Jėzau, / kad esu Tavo kelio priežastis, / neprašudyk manęs tą dieną.

Ieškodamas manęs, prisėdai pavargęs, / atpirkai kančia ant kryžiaus – / toks vargas tenebūna veltui.

Teisingai baudžiantis teisėjau, / suteik atleidimo dovaną / dar prieš ataskaitos dieną.

Dejuoju lyg kaltinamasis, / kaltė nurausvina man veidą, / atleisk maldaujančiam, Dieve.

Tu išrišai Mariją / ir išklausei plėšiką, / o ir man davei viltį.

Mano maldos nevertos, / bet Tu, gerasis, būk maloningas, / kad nedegčiau amžinoj ugnų.

Preces meæ non sunt dignæ: / Sed tu bonus fac benigne, / Ne perénni cremer igne. Inter oves locum præsta, / Et ab hoedis me sequéstra, / Státuens in parte dextra.

Confutátis maledíctis, / Flammis ácribus addíctis: / Voca me cum benedíctis.

Oro supplex et acclínis, / Cor contrítum quasi cinis: / Gere curam mei finis.

Lacrimósa dies illa, / Qua resúrget ex favilla / Iudicándus homo reus.

Huic ergo parce, Deus: / Pie Iesu Dómine, / Dona eis réquiem. Amen.

## Evangelium

Sequentia sancti Evangelii secundum Ióannem (Ioann 5:25-29)

In illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudæórum: Amen, amen, dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Filii Dei: et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic dedit et Fílio habére vitam in semetípso: et potestátem dedit ei iudícium fácere, quia Fílius hóminis est. Nolíte mirári hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monuméntis sunt, áudient vocem Filii Dei: et procédent, qui bona fecérunt, in resurrecciónem vitæ: qui vero mala egérunt, in resurrecciónem iudícii.

## Offertorium

Dómine Iesu Christe, Rex glóriæ, líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum de poenis inférni et de profúndo lacu: líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártaurus, ne cadant in obscúrum: sed sígnifer sanctus Míchaël repræséntet eas in lucem sanctam: \* Quam olim Abrahæ promísisti et sémini eius.

V. Hóstias et preces tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas, Dómine, de morte transíre ad vitam.

\* Quam olim Abrahæ promísisti et sémini eius.

Suteik vietą tarp avių / ir atskirk mane nuo ožių, / pastatydamas į dešinę pusę.

Įrodęs prakeiktųjų kaltę, / karštoms liepsnoms pasmerkęs, / pašauk mane su palaimintaisiais.

Meldžiu parpuolęs ir sulinkęs, / sutrinta į pelenus širdimi, / pasirūpink mano galu.

Ašarų pilna toji diena, / kai prisikels iš pelenų. / Kaltas žmogus teismui;

Tad atleisk šiems [mirusiems], Dieve / Gerasis Viešpatie Jėzau, / suteik jiems atilsį. Amen.

## EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys (Jn 5:25-29)

Anuo metu Jėzus kalbėjo žydų miniai: Iš tiesų, iš tiesų sakau jums: ateis valanda, – ir dabar jau yra, – kada mirusieji išgirs Dievo Sūnaus balsą, ir kurie išgirs, tie atgis. Kaip Tėvas turi gyvybę pats savyje, taip davė ir Sūnui turėti gyvybę pačiam savyje. Jis taip pat suteikė jam galią teisti, nes jis – Žmogaus Sūnus. Nesistebėkite, kad ateis valanda, kai visi gulintieji kapuose išgirs jo balsą. Kurie darė gera, prisikels gyventi, kurie darė bloga, prisikels stoti į teismą.

## OFERTORIUMAS

Viešpatie Jėzau Kristau, garbės Karaliau, išvaduok visų mirusių tikinčiųjų vėles iš pragaro bausmių ir iš gilios bedugnės. Išvaduok jas iš liūto nasrų, kad nepagrobty jų požemis, kad neprapultų tamsybėse, bet šventasis vėliavnešys Mykolas teįveda jas į šventąją šviesą,

\* Kurią kadaise pažadėjai Abraomui ir jo sėklai. V. Viešpatie, atnašaujame aukas ir maldas Tavo šlovei. Priimk jas už vėles, kurias šiandien prisimename. Leisk joms, Viešpatie, pereiti iš mirties į gyvenimą,

\* Kurį kadaise pažadėjai Abraomui ir jo sėklai.